



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An libri hæreticorum possint à catholico Christiano legi. tit. 144

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

vt caro dometur, & vita reguletur, Sed quando peccerimus ad ea quæ remissionem peccatorum & uitam æternam concernunt, ibi relinquimus legem, & ad Christum conuolamus, propter illum cupientes iustificari & saluari. Et sic lex vel opera legis sunt pædagogus ad Christum. Lex ducit nos ad Christum, Christus ad patrem & uitam æternam, Ioan. 1. o. Donat quoq; fides Euāgelij & impetrat, vt faciamus ea quæ Lex imperat, id est, confert gratiam faciendi, &c.

AN LIBRI HÆRETICORUM

possint à Catholico Christiano legi.

TITVLVS CXLIII.



Orandum primò, qd discerni debet doctor Ecclesiæ publicus, vel Episcopus, vel Presbiter, & simplex & subditus: Episcopus, secundū doctrinam Pauli, Tit. 1. debet esse talis, qui potens sit exhortari, id est, ut sit in doctrina sana & Catholica. Subinde & potens in doctrina, vt eos (id est, hæreticos) qui contradicunt veritati, possit arguere. Ex quo sequitur, si debet vitare hæreticos, ergo sibi licebit legere libros hæreticorum ad confutandum eos, non imitandum, vt non neeat populum, vt caueant errores, non vt imitentur. Nam ipsi sunt positi speculatores, Ezech. tertio. Si exglexerint oues, sanguis eorum ab ipsis requiratur. Ergo ministris Ecclesiæ licet legere, &c.

Secundò, Ex quo Christus prohibet audire sermones hæreticorum ouibus simplicibus, & inquit Mat. 7. Cauete à falsis prophetis, qui veniunt ad vos &c. & Paulus 2. Timo. 2. iubet omnibus deuitare eorum vaniloquiã, quòd serpant vt cancer morbus. Ideò illorum libros iubet non legere, sed deuitare, & exemplificat de sermonibus Hymenæi & Phileti, negantium resurrectionem, &cæ. Vltrà hoc etiam Catholi.

Catholica prohibet simplicibus Ecclesie mēbris sub
 certa censura, non tenere apud se, neq; legere glosse-
 mata & libros hæreticorum, neq; sermones audire.

Tertiò, Pleriq; putant magnū thesaurum relinque-
 re filijs suis, si libros hæreticorum collectos illis re-
 linquant: sed hoc est dare occasionem, quòd agnita
 semel veritas iterum euomat, articuli damnati re-
 uiscant, sicut iam per Luterū reuixit Vvigness, Go-
 chius, Pauperes de Lugduno, Begardi, Arriani, Dona-
 tilæ, &c. omnes penè sectæ sunt, sicut illi, redeuntes
 in Aegyptum, credentes detractoribus, Num. 14. Ca-
 nes sunt, redeuntes ad vomitum, 2 Pet. vlt. Et Spiri-
 tus malignus redit cum septem nequioribus se, & e-
 runt nouissima peiora prioribus, Lu. 11. Ideò potestas
 & magistratus qui sunt defensores veritatis, & mini-
 stri legis Dei, tenentur tales libros comburere, tolle-
 re & condemnare, adiuuandi per potestatem Spiri-
 tualem, quatenus pax Ecclesie conseruetur, & chari-
 tas non scindatur.

Dices, Multa bona in illis reperio: Respō. Hoc tu à
 iudicio Ecclesie expectare debes, quid boni & quid
 mali in illis libris sit, non tu iuxta carnem tuam &
 caput diiudicare debes. Si enim quid boni in illis est,
 hoc etiam in Catholicis libris habes. Tuum est audi-
 re Ecclesiam, Matt. 18. qui hanc non audiērit, Ethni-
 cus aut paganus est, non Catholicus Christianus.

DE OBEDIENTIA IN-
 choata.

TITVLVS CXLV.

S Postolus dicit 1. Corin. 13. Cūm venerit
 quod perfectum est, cessabit quod im-
 perfectum est, &c. Nostra dilectio, spes
 & timor, & cætera Omnes virtutes &
 fructus Spiritus sancti in præsentī vita,
 nec obedientia legis perfecta sunt. Nam in hac vita

Z z 4 hoc